



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti**

**Sá, Manuel de**

**Coloniae, 1610**

Religio

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

*Rapina, vide Furtum.*

*Raptus, vide Matrimonium.*

RATIFICATIO.

1. **R**atificatione, etiam tacita, conualefcūt gesta per metum: oportet verò ratificationem fieri animo validandi actum aliàs nullum.

\*Oportet} vide *Nau. conf. 44. de Regul.*

2. Factum alicuius nomine, validatur tempore quo ipse ratificat.

RATI HABITIO.

1. **F**actum tui nomine, seu tui contemplatione, cum posset tuo agi mandato, si ratum habes, censeris mandasse: non tamen pœnas mandantis incurris, nisi id exprimat lege.

\* Vide *Graff lib. 2. c. 127. n. 7. p. 1.*

Vide *Syl. consensus n. 6. Ang. eod. nu. 4. Nauar. 17. nu. 133.*

Pœnas} Fæl. & alij putant ratum habentem homicidium irregularem fieri. *Spec. de disp. & Couar. in Clem. Si furiosus p. 2. §. 2. n. 4. negant.*

*Religio, vide Appellatio, Casus reseruatus, Electio, Episcopus, Exemptus, Iudiciales actus, Ordo, Prædicare, Prælatus, Votum.*

1. **A**ere alieno supra facultates obstrictus, cū olim ingredi poterat Religionem, & sic.

& sic quasi cedere bonis; nunc tamen non potest admitti, nisi prius satisfaciatur creditoribus, ex noua constitutione Sixti V. addita moderatione Gregorij XIV.

\*De Regularibus Nau. multa Trid.

De statu Religiosorum *Val. t. 4. Azor. t. 1. lib. 12.*

De votis Monasticis Franciscus Turrianus.

De voto paupertatis quidam Archirota & Ambrosius Beltramus Venetus.

Vide opuscula Dionysii Cartusi.

\*Vide Sanchez l. 4. d. 5. nu. 3. & Graff. p. 1. lib. 3. c. 5. num. 35.

2 Parentum grandi necessitati subueniendum ante ingressum: facta autem professione, faciendum quod possit salua obedientia: ante professionem vero potius egrediendum, si possit subuenire, quam deserantur.

\*Vide Nau. c. n. 14. & commentario 3. de Regul. nu. 48. Tol. l. 5. c. 1. nu. 6. D. Thom. 2. 2. q. 10. art. 4. ad 4. Caiet. 16. Syl. Religio 2. nu. 7. Val. t. 3. d. 7. q. 1. p. 2. Abul. inc. 6. Matth. q. 79. & in c. 8. q. 69. Lyran. & Caiet. in c. 15. Matth. Cordu. q. 141. Lopez p. 1. c. 54. Corr. q. 61. Angles q. 13. de voto. Ang. vers. Religiosus n. 31.

3 Nouitio potest etiam post Trid. Conc. concedi dilatio ad professionem post annum Nouitiatu, si causa subest.

\*Nau. conf. 30. de Regul. lib. 3.

4 Nouitiorum Prælatus est velut ipsorum Ordina-

Ordinarius, potestque cum ipsis dispensare.  
 5 Nouitij obligatio extra Societatem Iesu  
 nulla valet sine licentia Episcopi, aut eius Vi-  
 carij, idque intra duos menses ante professio-  
 nem, antequam nullum sortitur effectum. *Ex*  
*Trid. sess. 25. de reg. vbi non prohibetur testa-*  
*mentum, sed donatio inter viuos: nec dispo-*  
*sitiones de bonis suis ante susceptum habitū,*  
*modo non fiant intuitu Religionis.*

\**Vide Mol. d. 13. de regular.*

6 Potest, secundum Nauar. etiam post Cōc.  
 Trid. ex causa iusta fieri aliqua Religiosa, ma-  
 nēdo domi suæ cū peculio, vnde sustentetur.  
 \**Nau. comm. 2. de Regularibus, & n. 6. Syl. Reli-*  
*gio. 1. n. 1. Caiet. 2. 2. q. 189. art. 3. Vide Syl. Religio.*  
*3. nu. 14.*

7 Monialis morientis, aut abeuntis ante pro-  
 fessionem, bona omnia restituenda ei à Mo-  
 nasterio.

\**Vide Nau. c. 3. de Regul. n. 48.*

7 Nouitius non tenetur ad præcepta Reli-  
 gionis, nec egressus ad expensas. \**Syl. Religio.*  
*3. nu. 6.*

9 Si Nouitatus annus interrumpatur per  
 egressum, opus est de nouo incipere, alioqui  
 inualida professio. Vide *de elect. lib. 6. ca. 26.*  
 Non interrumpitur verò manendo ex causa  
 extra Monasterium de licentia Superioris: id  
 quod potest etiam fieri post Conc. Trid. \**Syl.*  
*l. c. num. 4.*

10 Dum quis est in Religione, non tenetur ad vota antea facta, nec ad iuramenta que sunt Religioni incompatibilia, nec ad pœnitentias iniunctas. *Vide Gloss. 33. q. 2. Admoneo.*

11 Parentes possunt offerre Religioni filios impuberes inuitis tutoribus, & pater auo inuito, sed non contra. *\*Syl. Religio. 2. nu. 10.*

12 Profitentem patrem debere filio dare legitimam, alij aiunt, alij negant. *\*Vide Syl. 6. num. 1.*

13 Episcopus potest admittere ad professionem in Monasterio sibi subiecto, vel de licentia Superioris.

*\*Idem 3. num. 14. Nau. consil. 40. de reg.*

14 Professio potest fieri per procuratorem. Potest & fieri adiecto modo vt possit sua bona ad vitæ sustentationem administrare, sed Prælati poterit postea prohibere. Quod si fiat cum pacto contra substantiam Regulæ, quidam dicunt esse nullam, alij valere: pactum enim reiiciendum. *\*Idem l. c. nu. 15.*

15 Professio non valet si desit intentio profitendi, & cōsensus potentis incorporare Religioni, vel Ratihabitio recepti eius nomine accedens postea: oportet autem etiam Nouitium fieri de illius cōsensu. *\*Na. cons. 44. l. c.*

16 Non fit quis tacitè professus per aliquid, nisi intendat per id fieri.

*\*Nauar. l. c. cons. 11. num. 2. Sanchez l. 1. dist. 16. num. 7.*

De

16 De tacita professione *Syl. lo. c. 3. n. 19. Naua. com. 4. n. 74.*

17 Tacita professio deliberata voluntate facta, & acceptata, est verè totum solemne. *Caie. 2. 2. q. 88. art. 7. initio.*

18 Professio affert plenariam peccatorum indulgentiam: item que ingressus, secundum quosdam, animo perseverandi, & vt quidam aiunt, votorum renouatio.

\* *D. Th. 2. 2. q. 189. ar. 3. ad 3. Caie. 16. Syl. 3. n. 23.* si profitens scilicet sit in gratia: nam professus in m. p. nõ consequitur plenariam indulgentiam, neque vbi ad Deum redierit. *Caie. ibi.*

19 Professus solum obedientiam secundum Regulam approbatam, censetur simul profiteri castitatem, & paupertatem.

\* *Syl. 3. nu. 18. in fine. D. Th. l. c. q. 186. art. 8. Naua. conf. 10. de reg. n. 9.*

20 Professus etiam si non intendat seruare regulam, nisi more aliorum, tenetur ad omnia, quorum non est legitima dispensatio.

21 Professus Religionem in communi, etiã emissis tribus votis in manu Episcopi non est verè professus, sed sunt illa vota simplicia.

22 Professio ante decimum sextum annum expletum, & ante annum probationis, post susceptum habitum, nullam inducit obligationem. *Ex Conc. Trid.* potest quidem Nouitatus fieri ante decimum sextum annum, modo illo expleto fiat professio.

\*Vide

\*Vide *Mol. d. 139. Trid. 3. sess. 25. c. 15. de reg.*

Potest quidem *3. Nau. conf. 20. de reg.*

22 Professio Monialis nō Mēdicantis in Monasterio nō habente redditus necessarios ad vitam, non tenet. *Vide c. periculoso, de statu reg. lib. 6.*

23 Professio inualida defectu consensus, illo superueniente validatur.

\**Sanchez t. 1. de matr. lib. 1. d. 16. & lib. 2. d. 32. num. 12. Nau. conf. 50. de regul.*

24 In dubio de professione Monialis, aut de donatione valida, debet illa examinari ab Episcopo extra Claustra. *Ex Congr. Concil.*

25 Professi bona, prater legitimam descendentium, & ascendentium, intelliguntur esse Monasterii, nisi ille ante professionem aliter disposuisset.

\*Vide *Mol. d. 140. col. 148.*

26 Professi mortui bona acquiruntur Ordini. *Ex Cong. Conc.*

27 Professus pensionem acquirit Monasterio, & hæreditatem. Quod si ille hæreditatem sibi relictam repudiet, potest Monasterium acceptare: & si moriatur ante aditam patris hæreditatem, succedit Monasterium.

\**Syl. l. c. 6. nu. 1. Fum. eod. vers. nu. 21. vide Mol. d. 140. col. 551.*

Pensionem vacare emissa professione docet *Zech. de benef. & pensi. c. 11 n. 9.*

28 Religiosus acquirit Monasterio cui se dedit proficendo. Quod si generaliter Ordinē profi-

profitetur, nulli se addicens Monasterio, acquirat toti Ordini. \*Vide *Mol. l. c. col. 555.*

29 Professus nec potest facere testamentum, nec factum reuocare.

\**Syl. l. c. 6. nu. 3. 4. vide Mol. d. 141.*

40 Non valet professio viri inter fœminas: nec fœminæ inter viros, nec hermaphroditum, si par est sexus, secundum Nauar.

\*Viri &c. } *Syl. l. c. 3. num. 9.*

Hermaphro. } *Nau. conf. 47. de regul.*

31 Professum contemnere perfectionem, quã sequi professus est, mortale est.

\**D. Tho. 2. 2. q. 186. art. 9. Syl. l. c. 6. n. 5. Val. 10. 3. d. 10. q. 4. p. 5.*

32 Religiosus de licentia Superioris potest fieri Parochus (non autem simplex beneficiatus sine Papæ licentia:) vbi si delinquat, non per Episcopum, sed per Prælatum puniendum, quidam censent: Ego putarim id ad Episcopum pertinere, cui sit subiectus, quod in ijs, quæ ad curam animarum spectant certum est ex *Conc. Trid. sess. 25. c. 11. de regul.* est quæ solutus obseruantijs quas commodè nõ potest obseruare. Dicunt & quidam, posse Abbatem dare, cum populi, & Episcopi consensu, Monachum in Capellanum Ecclesiæ Parochialis.

\*Vide *c. 2. de stat. Monach. Staph. de lit. grad. Graff. l. 3. c. 20. p. 2.*

Parochus } *Nau. conf. 79. de regul.*

Non autem } *Syl. Religio 7. n. 4.*



33 Professio coniugati inuito coniuge habet vim voti simplicis, & non repente cōiuge non potest egredi: si autem de eius licentia, sed non vouentis castitatē professus est, professio inualida est. *Vide de conuers. conuig. c. 1. & 4.*

34 Professus celato morbo contagioso, expelli potest è Religione. \**Nau. cons. 40. de reg.*

35 Professus transiens ad alium ordinē, oportet vt in eo faciat integrum Nouitiatum, nec potest secum ferre quo acquisiuit in primo.

*Nauar. l. c. cons. 61. vide etiam cons. 60. & cons. 17. Graff. l. 3. c. 5. n. 15. p. 1.*

Nec potest? *Nau. l. c. cons. 55. n. 8.*

36 Religioso posse imponi duriora quam sint in Regula, quidam aiunt, alij negant. *Vide gl. d. 74. Gest. & 32. q. 1. Integritas, & Decium c. Ad nostram, de app. Ego posse puto, saltem quantum se, vel tacite eius vota extendunt.*

37 Ad strictiorē Religionē, id est sanctiorem, vel fructuosiorē, vel asperiorē potest quis transire licentia petita, etsi non obtenta, non obstante priuilegio sui Ordinis de non transendo. *Vide de Regul. c. 18. nisi priuilegium dicat, vt neque obtentu perfectioris vitæ id liceat, aut aliter explicet requiri expressam licentiam proprii Superioris.*

\**Vide D. Th. l. c. q. vlt. ar. 8. Caie, ib. Syl. l. c. 4. n. 1. Nau. cons. 44. & 63. & de Reg.*

38 De quouis Ordine potest transire ad Carth.

thusiensis. \**Nau.l.c.conf.43.*

39 Ad laxiorem Religionem non licet Professio transire sine licentia Papæ, vel Prælati, qui ex priuilegio Sedis Apostolicæ eam possit concedere. *Conc. Trid. sess. 25. c. 19. de Regulariis, & ita seruetur consuetudine.*

\**Vide Syl.l.c.4.n.2.Nau.confil.56.de regul.*  
40 Professus eiectus tenetur seruare essentialia suæ Religionis eo modo, quo potest, hoc est, tria vota, & etiam annexa suæ regulæ, & etiam gestare habitū ( nisi eo priuatus dimitatur) & Ordinario loci, in quo uiuit se præsentare, ei que obedire. Nec sibi licet thesaurizare, sed quod superest post honestum victū, & vestitum acquirere Ecclesiæ, cui forte additus erit, vel Sedi Apostolicæ. *Vide D.Th.2.2. q.184. ar.8. ad 4. & q.185. art.8. Et aduerte, non debere esse melioris conditionis eos, qui ob demerita eiiciuntur quam illos, qui ob merita assumuntur. Vide etiam Syl. Religio 6. q. 12. & verb. Apostata. n.5. & 6.*

\**V.Nau.conf.78.de Reg.*

41 Religiones ducentium vxores, non sunt simpliciter Religiones, (nec secundum quosdam, dissoluunt matrimonium ratum) nec Ordo qui dicitur Tertius Sancti Francisci.

\**D.Th.l.c.q.186.art.4.ad 3. Sot.lib.7.q.5. art.3. Val.l.c.p.2.col.3. Vide etiam Nau.conf.11.de Reg. Milites quidem D.Io. Hierosol. sunt verè Religiosi, quorum professione matrimonium*

ratum

raturum soluitur *Nau. consil. 12. de Reg. & consil. 2. de coning.*

Nec ordo *Nau. consil. 38. l. c.*

42 Oblatio Religiosi per votum, aut iuramentum, non est valida sine consensu Superioris: sed vide **VOTVM.**

43 Religiosum potest Superior pro quouis peccato mortali incarcerare, & expellere ob crimen causa cognita, per sententiam, (non autem deponere Ordine sacro) si est incorrigibilis. *Vide c. 7. Ne Clerici, vel Monachi.*

44 Non licet recedere à Conuentu prætextu conueniendi Superiorem. *Ex Trid.*

45 Habitum ex causa occultare, aut dimittere ad tempus, licitum est.

\* *Nau. consil. 70. de Regul. Vide Caiet. vers. excom. c. 61. Tol. lib. 4. c. 18. num 3.*

46 Religiosus beneficiatus potest de fructibus disponere, vt sæcularis, & Ecclesie suæ acquirat, non Monasterio, *secundum Nauarr.* idemque censet de Abbate, & Priore: esse enim Abbatiam, & Prioratum beneficia Ecclesiastica. Ego verò hos non p. to posse plusquam Regula eis permittit.

\* *Nauar. de reddit. eccles. q. 1. mon. 8. Vide de Mol. d. 276. nu. 5. 6.*

47 Prælati in Religione possunt secum dispensare, sicut cum subditiis. *Vide Thom. 2. 2. q. 88. & 181. & 186.* Expediit verò id facere per suum Confessorem. *Vide Confessor.*

Z 48 Licita

48 Licita est consuetudo dandi quotannis certum quid ad sustentationem Religioso, vt solet Monialibus lucrum ex suo artificio ad vestitum dari. Nec *Trid. Conc. sess. 25.* prohibet peculium ex causa in vsum pium cum Prælati licentia: potest enim Superior concedere subdito quod ipse potest, scilicet vti, & donare causa pietatis, & remunerationis.

\* *Vide Lopez p. 2. c. 5.*

49 In vsum communem censetur impendi, quod impeditur in vsum Monachi de licentia Superioris. \* *Vide Nau. l. c. num. 2.*

50 *Conc. Trid. sess. 25. c. 1. & 2.* non intendit legitime relaxata, aut mutata prohibere.

51 Quidam putant non teneri Religiosum obedire in re ad Regulam nihil pertinente, aut difficillima, si dubitet an possit Superior præcipere; nec vt Episcopatum acceptet; alij debere acceptare, si præcipiatur in virtute obedientiæ.

\* *Vide Syl. l. c. 6. nu. 6. Tol. de 7. p. m. c. 16.*

Nec vt Episcopatum } *Lopez p. 1. c. 55.*

52 Acquisita à Religioso in Episcopatu titulari, relinquenda Monasterio.

53 Vbicunque sit Religiosus sub obedientia Superioris, censetur in Claustro esse, & quidem de licentia Superioris potest extra manere, sed cum habitu.

\* *Vide Mol. d. 146. col. 554. Abb. in caput eius illo, de sententia, Syl. l. c. 3. num. 19.*

54 Cum

54 Cum Superior non contradicit, intelligitur tacite consentire.

55 Religiosus potest appellare à sententia iniusta Superioris: potest & agere contra Superiorem in vtilitatem Monasterij. *Vide c. Ex parte de accus. & c. Cum delicta, de rescript.*

\* Appellare? *D. Tho. 2. 2. q. 69. art. 3. Vide Salomon q. cit. & art. 10.*

56 Pius V. voluit Mendicantes vti gratijs suis, & priuilegijs in Foro conscientia, non obstante Conc. Trid. Veruntamen eius Bulla reuocata fuit à Gregor. XIII. an verò aliquid postea reualidatum fuerit, ex eorum priuilegijs petendum est.

57 Franciscani possunt habere redditus Ecclesijs suis relictos, non autem relictos Conuentui, nisi ad modicum tempus, pro victu, & vestitu.

\* *Vide Nau. de redd. eccles. q. 1. mon. 12. nu. 1.*

58 Carthusianum teneri vesci carnibus, si aliter nō possit morbo liberari, quidam aiunt, alij negant. Ego dixerim teneri, si non possit aliter viuere. Sunt, & qui affirmant, non peccare illos mortaliter si carnibus vescantur extra morbum, si absit scandalum: non enim ex voto abstinere, sed ex consuetudine.

\* *Vide Azorium l. 5. c. 6. q. 7.*

Sunt & qui? *Syl. Relig. 7. num. 14.*

59 Mendicantes non tenentur cōtribuere ad Seminaria, etiam ratione beneficiorū, nec ad

vllum subsidium, aut onus. *Ex Pio Quinto.*

60 Religiosi possunt esse Vicarij Episcopi de licentia Prælati, & interdum postulare pro alio in ciuilibus coram Iudice seculari.

61 Prælati empti habentes iurisdictionem quasi Episcopalem in suos, nō possunt in eos quidquid possunt Episcopi in suos subditos, nisi ex speciali indulto Sedis Apostolicæ. *Vide Tol. l. 1. c. 89. Suarez 10. 4. disp. 30. sect. 26.*

62 Religiosi tempore Iubilæi reuocantur priuilegia in contrarium, possunt confiteri cuius Confessori approbato ab Episcopo.

63 Monachum aiunt quidam nec in Papam posse eligi sine Abbatis licentia. \* *Vide Syl. l. c. nu. 9.*

64 Non potest Iudex secularis cognoscere de facto Religiosi ante ingressum Religionis, est enim mutatum Forum.

\* *Graff. p. 1. l. 3. c. 5. numer. 33. Vide Nau. com. 2. de Regul. num. 60.*

65 Episcopus non potest præcipere Monasterio, etiam sibi subdito, vt recipiat Monialem, id enim est Abbatissæ cum conuentu. *Nauar. conf. 9. de Const.*

66 Abbas non ligatur statuto etiam facto cum Conuentu. \* *Syl. vers. Abbas num. 27.*

67 Abbatem non venire nomine Monachi in odiosis, alij aiunt, alij negant.

\* In non odiosis venit Abb. nomine Monachi, &c. *vide Syl. Religio 4. num. 3.*

68 Abbatem

68 Abbatem oportet esse viginti quinque annorum inceptorum, & Sacerdotem, & profectum: Abbatissam verò quadraginta annorū, nisi aliud Superiori videatur. \* Syl. l. c. nu. 1.

Abbatissa Trid. sess. 25. c. 7.

69 Abbate mortuo, expirat officium Prioris, nisi esset ab illo cum Capitulo institutus.

70 Abbas non potest perfici duobus Monasterijs, nisi vnum pendeat ex altero.

\* Vide Syl. l. c. nu. 2.

71 Apostata non est à Religione qui exit animo reuertendi, aut aliam etiam laxiorem intrandi, aut qui fugit nimis sæuiente Superiore, aut merito credens se non esse profectum; tunc enim potest etiam dimisso habitu fugere, neque his obstat Concil. Trid. \* Vide Syl. l. c. 4. num. 4. & vers. Apostasia num. 7.

72 Apostata est excommunicatus si habitum dimittat, non assumpto alterius Religionis habitu. \* Vide Syl. Apostasia nu. 11.

73 Acquisita per Apostatam extra Religionem, quidam dicunt esse Camerae Apostolicæ, alij Monasterij.

\* Syl. l. c. num. 12. Mol. d. 140. col. 554.

*Reliquia, vide Oratio, Processio.*

1 **C**oli possunt priuatim Reliquiæ eius, qui creditur esse in cælo.

\* De cultu Reliquiarum Azor. l. 9. c. 8.

De sacris Reliquijs nos integrum edemus volumina.

Z 3

\* Syl.